

[AccueilRevenir à l'accueilCollectionMythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581CollectionMythologia, Francfort, 1581 - Livre XItemMythologia, Francfort, 1581 - X \[68\] : De Medea](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - X [68] : De Medea

Auteur(s) : Conti, Natale

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - X \[68\] : De Medea](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI

[Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 07 : De Medea](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[68\] : De Medee](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[68\] : De Medee](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

se elementa cum aliquid procreant. cum vero sempiterna sit hæc generandi ratio, & elementorum natura, Circeen immortalem esse dixerunt. & quoniam vnus corruptio, generatio fit alterius, neque vnquam aliud eiusdem formæ ex illa corruptione nasci potest, sed longè diuersum, finxerunt hanc posse homines in varias animalium formas mutare. Vlysses ab illa non mutatur, cum anima immortalis existens & ab omni corruptione immunis, non habeat principia in quæ dissoluatur, cum diuina quædam facta sit à Deo per se subsistens *æria* siue substantia. per hæc igitur immortalem esse animam significarunt, quamuis corpus multis morbis vexetur, & corruptioni denique sit obnoxium.

Ethicè.

Circe libido est, quæ nascitur ex humore & calore in animalibus. hæc titillatio naturæ si nobis dominetur, beluarum vitia in animis nostris imprimat, & pro cuiusq; ingenio modò in Venerem impellit, modò ad iram perducit, modò crudelitatis & improbitatis omnis vim nobis imprimat: quare dicti sunt comites Vlyssis, animæ motus scilicet, in beluas diuersarum formarum conuersi. Sed quoniam ad hoc non nihil impellit vis siderum, dicta est sidera etiam de cælo deducere. at anima quæ prudens & diuina existit, si modò se colligat, nullis horum motuum capitur: neq; tamen sine diuina ope hanc tantam voluptatum periculorūq; multitudinem potest superare. hæc enima per hanc fabulam antiqui innuebant.

De Medea.

Medeam rursus effinxerunt Solis filiam, quoniam plurimum possit bene affecti aeris natura, quæ prouenit è Solis clemètia: mores. n. & animi motiones corporis temperamentū plerūq; consequuntur. cum igitur Medea sit consilium Idyæ siue cognitionis filia, illa cum vi siderum consentit, quæ etiam deducit de cælo, quia nemo sapiens iure appellari potest: nisi idem viribus planetarum moderetur, sibi que ipsi imperet: opus est autem viro bono & sapienti cupiditarum fluuos refrænare, multa que efficere quæ vulgo videantur admirabilia. at verò qui libidinis, aut voluptatis alicuius causa, solum vertit, patriam que & parentes & coniunctos prodiderit, quæ sunt animæ ratione præditæ consilia, quo pacto non in grauissimas miseras & omnium bonorum iacturâ vno tempore illabetur.

sic igitur opus esse prudentia demonstrabāt antiqui, & omnes sceleratos esse miseros.

De Iafone.

Significabant rursus per Iasonem, quem à iustissimo Centaurorum Chirone educatum memorant, & artem melendi edoctum, animo adhibendam esse medicinam, quæ prudentia est, ut viri boni, & fortes, & prudētes efficiamur. hunc sequitur cōsiliū sine Medea omnibus carissimis relictis, quoniam prudentia singula consilia debet antecedere. domanda est pertinacia, & superbia, & invidia, & ira, qui omnes animonū motus rationi & prudentiæ & medicinæ animotū sunt subijciendi: quæ nisi subegeris, ipse subigaris necesse est. maximè verò omnium colenda est Deorum immortalium religio, quæ res est omnium virtutum omnisque felicitatis principium. In tot verò labores Iason nauigans incidit, quia prudentia nulla est nisi in difficillimis rebus constituta. qui enim ad multas fortunæ mutationes & vicissitudines intrepidus non existat, hic neque bonus, neque prudens, neque constans iure potest appellari.

De Phrixo.

At qui fortunæ vicissitudines ferre æquo animo didicerit, cum omnino cuique ferre necesse sit, ille sapiens cum magna sua utilitate & non sine aliqua gloria existimari solet. Quæ fortunam si quis placidè ferre non potuerit, ille tanquam Helle in mare amplissimum miseriarum delabitur ob mollem & muliebrem animum. Qui verò sapienter rebus præsentibus uti cognouerit, illo proximè ad Deorū immortalium naturam accedere putandus est. Sin imprudenter & superbè abutatur, is ex altissimo dignitatis & potentiæ gradu Deorum consilio tandem deijcitur, quoniam superbos & crudeles odit Deus.

De Argo, & Capra celesti.

Tantopere gratam esse Dijs omnem mortalium beneficentiam demonstrabant antiqui, ut Iouem vel Capram inter sidera collocasse memorauerint, quòd sibi lac præbuerit, & nauim Argon, quia tot heroes incolumes in patriam reuexerit. hanc consilio Palladis factam fuisse inquirunt, ut per hoc significant omnem beneficentiam, quæ quidem cum ratione suscipitur, gratam esse Dijs immortalibus, maximèq; laudabilem; quæmuis